



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1176. Usque Ad Annum 1203

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118022

§. 43. Causa Reginæ Ingeburgis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66394](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66394)

premiū, pronūciare potuisse, filios ^{Sæcul. XIII.}
 suos pro legitimis esse habendos. Tan- ^{A. C. 1202.}
 dem Regem propria voluntate in hac
 causa se potestati sacræ Sedis subjecisse.
 Postea Innocentius Papa fatetur, & di-
 serte distinguit utramque Potestatem,
 cum dicit: *Nolumus detrabere Juri al-* ^{Matt. 22. 21.}
terius, aut Potestatem nobis non debitam
surpare; non enim ignoramus, Jesum
Christum in Evangelio respondisse; red- ^{Luc. 12. 16.}
dite quæ sunt Cæsaris Cæsari & quæ sunt
Dei Deo. Quare cum hæreditatem inter
duos fratres dividere rogatus fuisset,
dixit: Quis me constituit Judicem su-
per vos?

§. XLIII.

Causa Reginæ Ingeburgis.

Interim causa matrimonii Regis Philip- ^{Innoc. lib. 5.}
 pi & Ingeburgis necdum finita, Rex ^{ep. 49.}
 Decanum Aurelianensem, & thesauro
 Præfectum S. Frambaldi Silvanecti misit,
 suo nomine apud Papam conquesturos,
 quod se majore rigore haberet, quam a-
 lios Principes, quibus in simili causa in-
 dulisset, ipsorum negotia in loco ipso
 ab Episcopis Regni sui discuti; nec eo-
 rum sententiam a sacra Sede fuisse re-
 tractatam. Contra Papa dicebat; gra-
 to animo oportere esse Regem, quod sa-
 cra Sedes Censuris pepercisset, nec Re-
 gem nec Mariam Concubinam ejus, nec

Sæcul. XIII.
A. C. 1202. consanguineum ipsius Archiepiscopum Remensem, quo auctore se Rex ab Ingeburgi consortio separasset, ulla sententia damnasset, sed magna moderatione nihil aliud egisset, quam quod, reis sæpe frustra monitis, Franciam Interdicto subjecisset. Ad causam vero definiendam promisit, se missurum duos Mandatarios, qui Partes in ipsis locis, nempe Stampis, ubi Regina tenebatur, audirent, producendos utrinque testes examinarent, etiam in Daniam sumtibus sacræ Sedis proficiscerentur, testes a Canuto Rege nominatos recepturi, & ejus argumenta, quibus causam sororis defenderet, adnotaturi; tum in Franciam redirent, & decretorie judicarent, si Regina consentiret. Si ista non placerent, causa omnibus actis præparata & instructa Romam deferretur, a Papa decidenda, ea si Rex vellet conditione, ut sententia, priusquam promulgaretur, secreto mitteretur in Franciam. Simul Papa, datis literis, Guilielmum Campaniæ, Cardinalem & Archiepiscopum Remensem, exhortari jussit Regem, ne quidquam a se peteret, quod Justitiæ regulis & suæ conscientiæ adversaretur. Hæc Epistola quinta Julii anno millesimo ducentesimo secundo data,